

hengen, der gegeben ist zu Leiptzk nach Cristis geborte vierzehenhundert iare dornach in dem eylfften iare am dinstage vor palmen. *Diese Bestimmung wurde der Universität durch Nicolaus Lübeck, Dekan der Kirche St. Mariae in Erfurt und Protonotar der beiden Fürsten, bekannt gemacht, wie aus dem folgenden Schriftstück hervorgeht:*

5.

5

Leipzig, 1411 Apr. 1.

Hdschr.: Copiale magnum T. I, fol. 9.

Getr.: Horn, Leben Friedrichs des Streibaren 768. — Zarncke, Statutenbücher 5, wo aber irrthümlich der 2. April angegeben ist.

Ann.: Vergl. hierzu Zarncke, urkundliche Quellen 541. — Gersdorf, die Universität Leipzig etc. 15.

10

Item anno domini m° ccccxi quarta feria post dominicam qua cantatur „Judica me deus“, natio Misnensis in suis suppositis et membris a serenissimis principibus supra nominatis publica pronunciacione per honorabilem virum dominum Nicolaum Lübeck, decanum ecclesie sancte Marie Erfordensis, pro tunc protonotarium eorundem dominorum principum predictorum, facta in ambitu cenobii sancti Thome canonicorum regularium in Liptzk ab aliis nationibus et singulariter a natione Polonorum distincta et complete ordinata fuit sub hac forma, ita quod deinceps in dicta universitate ad nationem Misnensem intitulandi et computandi sunt Misnenses, Thuringi, Ostlandi et Voytlandi et ceteri de principatu principum antedictorum, item Lusaci et exteri de diocesi Misnensi, ut in litteris super huiusmodi ordinatione ab illustrissimis principibus sepe dictis datis et concessis plenius continetur. 15 20

6.

Abt Johannes zu Cisterz und die Vorsteher des Generalkapitels gründen auf Bitten der Markgrafen Friedrich und Wilhelm an der neu errichteten Universität zu Leipzig eine Stiftung und beauftragen den Abt zu Altenzelle mit der Ausführung derselben.

1411 Sept. 14. 25

Hdschr.: Rathsarchiv Leipzig, „Gelbes Buch“ fol. 128^b.

Frater Iohannes abbas Cister[cii] ceterique diffinitores capituli generalis notum facimus universis, quod anno domini m° cccc° xi° die xiiii mensis septembris facta fuit quedam diffinitio cuius tenor sequitur in hec verba: Cum illustres principes Fridericus et Wilhelmus, Thuringie lantgravii marchiones Mißnenses et comites palatini Saxonie quoddam generale studium in opido suo Lieptzk fundaverunt et idem studium a domino nostro papa confirmari et privilegiari fecerunt, in quo dicti domini specialiter desiderant unum collegium ordinis nostri inducere et venire, ad preces et ad instantiam dictorum dominorum capitulum generale ordinat, statuit et diffinit, ut abbates pro constructione collegii in dicto studio contribuant tantum quantum quilibet abbas daret per biennium suo studenti, quo constructo, mittant suos scolares illic pro scientiis primitivis, ut de singulis monasteriis ordinis in Thuringia, Saxoniam, partibus stagnalibus Misna, Hassia, 30 35